


# Die Partymeile am Mittelmeer

(ep. 51)



Seneca hat den berühmten Badeort Baiae besucht. Doch ist er keineswegs begeistert von dem, was er dort angetroffen hat:

<p>5</p> <p>10</p> <p>15</p>	<p>&lt;Baiae&gt; <u>deversorium</u> vitiorum esse coeperunt.  <u>Illic sibi</u> plurimum luxuria <u>permittit</u>;  <u>illic</u>, tamquam aliqua licentia debeatur loco, magis <u>solvitur</u>.  Non tantum corpori,  sed etiam moribus <u>salubrem</u> locum eligere debemus.  Quemadmodum inter <u>tortores</u> habitare <u>nolim</u>,  sic ne inter <u>popinas</u> quidem.  <u>Videre</u> ebrios per litora errantes  et <u>comissiones</u> navigantium  et <u>symphoniarum</u> cantibus <u>strepentes</u> lacus [...]  – <u>quid necesse est?</u>  Id agere debemus,  ut <u>irritamenta</u> vitiorum <u>quam longissime</u> profugiamus.  <u>Indurandus</u> est animus  et a <u>blandimentis</u> voluptatum procul <u>abstrahendus</u>.</p> <p><i>Das kann man auch gut an Hannibal sehen: Durch den Schnee und über die Alpen ist er gezogen, aber im lasterhaften Kampanien wurde er besiegt.</i></p>	<p><b>Baiae</b> (f.Pl.) Baiae (Stadt am Golf von Neapel)  <b>deversorium</b> die Herberge, der Aufenthaltsort  <b>illic</b> dort  <b>sibi permittere</b> sich erlauben  <b>solvere</b> im Passiv: sich gehen lassen</p> <p><b>salubris</b> (+Dat.) heilsam für  <b>tortor</b> (ris, m.) der Folterknecht  <b>nolim</b> 1. Ps. Sg. Konj. Präs. von nolle  <b>popina</b> (ae f.) die Kneipe, Bar</p> <p><b>videre... quid necesse est</b> (Z: 11): erst mit Z. 11 beginnen, dann die Infinitivkonstruktion anschließen.  <b>ebrius</b> betrunken  <b>comissatio</b> das Gelage  <b>symphonia</b> das Konzert  <b>strepere</b> dröhnen</p> <p><b>irritamentum</b> der Reiz, die Verführung  <b>quam longissime</b> so weit wie möglich  <b>indurare</b> hart machen  <b>blandimentum</b> die Verlockung  <b>abstrahere</b> entziehen</p>
------------------------------	---	---

<p>20</p> <p>25</p> <p>30</p> <p>35</p> <p>40</p> <p>45</p>	<p>Nobis quoque <u>militandum</u> est.</p> <p><u>Debellandae</u> sunt <u>in primis</u> voluptates,      quae, ut vides, <u>saeva</u> quoque <u>ad se ingenia rapuerunt</u>. [...]</p> <p>Quid &lt;est&gt; mihi cum istis <u>calentibus stagnis</u>?</p> <p>Quid cum <u>sudatoriis</u>?</p> <p>Omnis sudor per laborem exeat.</p> <p>Fortuna mecum bellum gerit:      non <u>sum imperata facturus</u>.  <u>Iugum</u> non recipio [...].</p> <p>Non est <u>emolliendus</u> animus:</p> <p>Si voluptati <u>cessero</u>, cedendum est dolori,      cedendum est labori,      cedendum est <u>paupertati</u>. [...]</p> <p>Libertas <u>proposita</u> est.      Ad hoc praemium laboratur.      Quae sit libertas, quaeris?</p> <p>Nulli rei <u>servire</u>, nulli necessitati, nullis casibus,      fortunam in aequum <u>deducere</u>.      His cogitationibus <u>intentum</u> loca seria sanctaque eligere <u>oportet</u>.      Effeminat animos <u>amoenitas</u> nimia,      nec dubie aliquid <u>ad corrumpendum vigorem potest</u> regio.</p> <p>Sed satis diu cum Bais <u>litigavimus</u>,      numquam satis cum vitiis,      quae, oro te, Lucili, <u>persequere</u> sine modo, sine fine.      Nam <u>illis</u> quoque nec finis est nec modus.  <u>Proice</u>, quaecumque cor tuum <u>laniant</u>;</p> <p>quae si aliter extrahi nequirent,      cor ipsum cum illis <u>revellendum</u> erat.      Voluptates praecipue exturba et invisissimas <u>habe</u>:  <u>latronum</u> more [...] in hoc nos amplectuntur,      ut strangulent. Vale.</p>	<p><b>militare</b> Kriegsdienst leisten  <b>debellare</b> niederkämpfen  <b>in primis</b> besonders  <b>ad se rapere</b> an sich reißen  <b>saevus</b> herrisch  <b>ingenium</b> die Natur, der Charakter  <b>stagna calentia</b> (n. Pl.) das Warmwasserbecken  <b>sudatorium</b> das Schwitzbad</p> <p><b>sum facturus</b> ≈ faciam  <b>imperatum</b> (i n.) der Befehl</p> <p><b>iugum</b> (i n.) das (Sklaven-)Joch  <b>emollire</b> verweichlichen</p> <p><b>cedere</b> (cedo, cessi) nachgeben, Folge leisten</p> <p><b>paupertas</b> die Armut  <b>proponere</b> sich als Ziel vornehmen</p> <p>Z. 31f.: <b>servire, deducere</b> – Die Infinitive      antworten auf die Frage in Z. 30.</p> <p><b>intentus</b> (+Dat.) aufmerksam auf, beschäftigt      mit; <b>intentum</b> (ergänze <i>hominem</i>)  <b>oportet</b> (+Acl) es ist nötig  <b>amoenitas</b> die Lieblichkeit, der Reiz  <b>ad corrumpendum vigorem</b> zur Schwächung      der eigenen Kraft  <b>posse ad</b> beitragen zu etw.</p> <p><b>litigare cum</b> streiten mit</p> <p><b>persequere</b> Imp. Sg. von <b>persequi</b> verfolgen  <b>illis: gemeint ist</b> vitiis</p> <p><b>proicere</b> fortjagen  <b>laniare</b> zerfleischen</p> <p><b>revellere</b> herausreißen</p> <p><b>exturbare</b> vertreiben  <b>invisus</b> feindlich  <b>habere</b> (+dopp.Akk.) etw. für etw. halten  <b>latro</b> (nis m.) der Räuber, Bandit  <b>amplecti</b> umarmen</p>
---	--	--